Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



aper desilua · & singularis ferus de pastus est eam 7
s uirtutum conuertere · respice de celo & uide · & uisita uineam istam 7
Et perfice eam quā plantauit dextera tua · & super filiū quem cōfirmasti tibi 7
Incensa igni & suffossa · ab increpatione uultus tui peribunt 7
Fiat manus tua super uirum dexterae tuae · & super filium hominis quem confirmasti tibi 7
Et non discedimus a te uiuificabis nos · & nomen tuum inuocabimus 7
Domine ds uirtutum conuerte nos · & ostende faciem tuam · & salui erimus 7
In fin protorcularib,

Aper dictus abeo quod in locis asperis commoretur 7 Singularem autem ferum · ut eius filium memorat 7 Verumq aprum singularem diabolum dicunt qui de silua gentilium egressus plebem iudaicam exterminauit 7

Et perfice eam · id est quam plantauit uirtus · hoc est filius tuus in resurrectione sua fundauit 7 Et in filium hominis filium uirginis tibi confirmasti · ac deuicta morte in tua dextera collocasti 7

Fiat manus tua · id est operatio sca ad effectum promissionis perducat 7 filius hominis · idem ipse xps est · qui etiam dextera patris est · et confirmatus apud homines · sicut dicit in euangelio 7 hic est filius meus dilectus 7

Primum est ut nos dns conuertat · deinde ut ostendat faciem suam · Tertio ut saluos efficiat 7 Per istum uersum sub breuitate petimus · quicquid nobis expedire monstratur 7

Petit hic asaph · ut supplices suos xps serenus aspiceret · et periclitantibus subueniret 7 Respice scilicet · quib · laboribus laborat humanitas 7 Uisita · aduentum scae incarnationis expostulat · ut presente cultore · uinea plantatu proficiat 7

Incenditur igne aliquis capitatis · quando crimen nefandum commisertur 7 effossae manus sunt · cum per operationem sceleratam · aliis praeparamus insidias · et magis in ipsa fouea corruamus 7 Haec ergo peccata peribunt ab increpatione uultus di · dum dicit 7 ite in ignem aeternum 7

Non discedimus · si tibi fide adhereamus 7 tunc pane illo quem de caelo misisti reficimur et ipsum nomen inuocabimus in oratione dominica · cui dedisti nomen supra omne nomen 7

Intentio tituli talis est · ut in finem significat xpm 7 protorcularibus · ecclesiam 7 Asaph · con